Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

diaus erat sortem non habuit sed susceptus est in sortem inde Sequitur de iuda · ubi ypheta de regno futuro in iuda et plane de xpo

De Juda

Iuda te laudabunt fratres tui · hoc factum t̄ quando alys hesitantibus primus post moysen intrauit mare rubr̄ ubi et regnum promeruit · Manus tua in iusceribus inimicorum tuorum et adorabunt te filij patris tui hic notat regem futurum · Catulus leonis iudas hic de capite regis David enim minimus fratrum electus t̄ in regem Ad predam ascendisti fili mi · quia primo David plurimos hostes habuit · Requiescens accubuisti ut leo et quasi leena postea in pace regnauit et maxime tamen meditatur · Quis suscitabit eum ad pheta nandum · quasi spiritus sanctus · qui directus t̄ in David · vel de successione salomonis potest dici · Non auferetur sceptrum · idest rex de iuda · et dux de femoribus eius · donec veniat qui mittendus t̄ a patre · scilicet cristus · usq ad transmigrationem babilonis · fuerit reges de iuda · ex inde duces · usq ad herodem · Et rursum fuerunt reges circa tempora uero xpi · deferunt utrique · et regnauit herodes alienigena · Et ipse erit expectatio gentium · salus scilicet expectata non solum iudeis sed etiam gentibus · Tandem tonuerit sermonem ad filium iudam scilicet · de illo xpo mittendo sic · O fili mi ille erit ligans pullum ad vineam · et ad vitem asinam suam idest gentilem et indeum · sibi qui uitis est · associabit · lauabit in uino stolam suam · et in sanguine uue pallium suum idest carnem suam sanguine passionis cruentabit · Pulchriores sunt oculi eius uino · idest appli · et dentes illius lacte candiciores · idest predicatores · hebreus omnia de iuda sic · Non auferetur sceptrum de iuda · idest quoddam dominium · quod scilicet primus intrauit mare rubrum · primus obtulit sacro tabernaculo · et huiusmodi donec uenit · at qui mittendus t̄ · hebreus dicit donec veniat silo · post tamen redit ad iudam · quia erpuit ioseph de manibus fratrum suorum · erit expectatio gentium · idest tribuum · Inde d̄ns iudas ascendit pro nobis in pluum · ligans ad vineam pullum · et ad vitem asinam · idest tanta erit omni copia · q̄ in vna uite onerabitur asinus · et obliuiscet rudentum dixit oculos · quia sic apparet in oculis bibentium · in candore dentium · copiam uinum et lactis notat quia lac cornestum apparet in dentibus

De Zabulon

Zabulon habitabit in littore maris et in statione nauium · pertinens usq ad sidonem · Ad litoram tribus hec maritima possedit

De Ysachar

Ysachar asinus fortis uel osseus · idest uir agricola ac albanus in terminis · quia mediterraneam possedit · inter maritimam et montes · et uidit requiem q̄ esset bona · idest terram secundam · Vinea sequitur · et terram q̄ optima · et suppo: fuit humerum suum ad portandum quia in uehendis mercibus ad mare · que in finibus suis habundabat · laborauit · factus q̄ t̄ tributis seruiens · idest naubus ferentibus tributa · hoc hebrei methaforice exponunt dicentes · q̄ nocte et die studendo laborauit · et ideo omnes tribus ei seruerunt quasi magistro dona ferentes

De Dan

alij or in curab9

Pelorit est2

or alij exoptata

X ... usq ad sale vnctu in silo